

Petrus de Vinea

*Ep. VI 21 (Notum facimus
uniuersitati uestrae...)*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Petrus de Vinea

*Ep. VI 21 (Notum facimus
uniuersitati uestrae...)*

1254

Concessio officii aduocationis in quibusdam terris.

1. Notum facimus uniuersitati uestrae, quod nos confisi de prudentia et legalitate ... de..., fidelis nostri, de cuius fide et sufficientia laudabile testimonium serenitas nostra recepit, officium aduocationis in terris ipsis eidem duximus concedendum, ut illud ad honorem et fidelitatem nostram debeat de cetero fideliter exercere. 2. Quapropter uniuersitati uestrae mandamus, quatenus, postquam constiterit uobis per litteras iustitiarum regionis ipsius ipsum fidelitatis et officii prestitisse debitum iuramentum, de omnibus, quae ad officium aduocationis pertinere noscuntur, intendatis, et pareatis eidem tamquam aduocato in terris ipsis per nostram excellentiam constituto. 3. Datum, et cetera.